



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Pastorum Continens Doctrinas, & Industrias ad Pastorale
Munus piè, fructuosè, ac securè obeundum pertinentes,
Unà cum Casibus frequentius circa idem Officium
occurrere solitis, & ex communiote ...**

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1678

Capvt I. De Doctrinis erga Cælestes observandis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49267](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49267)

P A R S S E C U N D A

De Doctrinis circa alios à Pastore
observandis.

Etiam hæc ad duo ferè principalia genera revocari
sunt, nempe ad doctrinas, quæ erga cælestes & terrenas
Personas sunt observandæ, licet quævis harum generalium
doctrinarum plurimas sub se species habeat, ut mox apparet.

C A P U T I.

D E D O C T R I N I S E R G A
Cælestes observandis.

Inter Cælestes hoc loco præcipuè in considerationem
venerunt. Primò, Ipse ter optimus & maximus DEUS. Secundo,
Christus Redemptor noster, & exemplar Pastorum. Tertio,
Beatissima Virgo tanquam principalis eorundem Pasto-
rum Patrona & Advocata. Quarto, SS. Angeli Tutelares, Quin-
to, Alij Cælestes, præcipuè verò Patronus communis Ecclesie
Altariumque in Ecclesia erectorum, erga quos omnes Pa-
storum ea, quæ & illorum dignitas & merita exigunt, studium
impleverit, merito copiosum ex functionibus suis paro-
chialibus fructum, solatium, & præmium sperare poterit. Quæ
nam autem erga singulos observare debeat, hoc capite ob-
servabitur, ita tamen, ut, quoniam aliqua officia omnibus
communis sunt, prius horum explicatio breviter præ-
sertur.

§. I.

De Cultu communi Cælitum.

Tria circa hunc cultum potissimum spectari & examini
possunt. 1. Locus, in quo præcipuè DEO & Sanctis
cultus impenditur, qualis est Ecclesia, Capellæ, & ad
hos pertinent, Altaria, Imagines, apparatus sacer vestimen-
torum, Reliquiarum &c. 2. Functiones, quæ in eju-
dem loco ad DEI & Sanctorum cultum peraguntur, quales
sunt SS. Missæ Sacrificium, Horæ Canonicæ, Comprehensiones
generales, Supplicationes seu Processiones. 3. Tempus, quo

potissimum in ordine ad talem cultum observandum est, nempe Festi, & Profesti dies, speciatim Dedicatio & Patrocinium Templi, de quibus omnibus nunc eodem ferè ordine, quo hic enumerata sunt, agetur.

MEMBRUM I.

De Ecclesijs.

Qu. 1. *Quid circa Ecclesias specialiter observare debeat Pastor?* R. sequentia præcipuè, Integritatem, Ornatum, Sanctitatem.

Qu. 2. *Quid ad integritatem requiratur?* R. quatuor potissimum. Primò, ut Ecclesia omnibus suis partibus integralibus sit instructa; quales sunt Altaria, Cathedra pro Concione, Confessionalia, Sacristia, Campanile, Subsellia, Porta, & similia. Secundò, ut & singulæ hæ partes, quantum fieri potest, suam integritatem & perfectionem habeant. Tertio, ut bona immobilia & redditus Ecclesie non abalienentur. uti expressè in Jure Canonico in Extravag. Ambitiosa de rebus Ecclesie non alienandis prohibetur, & etiam ad res mobiles pretiosas (quales sunt, quæ sunt de thesauro, vel quæ propter pretium, artem, aut antiquitatem, singularem splendorem Ecclesie conferunt, uti & Reliquiæ Sanctorum, præsertim ubi perpetuæ sepulturæ mandata sunt) extendi docet Riccius p. 1. resol. 60. & alij: nomine autem alienationis hoc loco intelligitur, non solum venditio, aut alius contractus gratuitus, vel onerosus, quo rei dominium in alterum transfertur, verum etiam hypotheca, infeudatio, & contractus emphyteuticus, uti docet Barbosa de off. Paroch. cap. 13. n. 40, denique ad hanc integritatem etiam aliquo modo revocari potest Jarium & Privilegiorum Parochialium ad Ecclesiam pertinentium conservatio, quæ proinde nosse oportet Pastorem. Sunt autem ista potiora, uti enumerat Manuale Parochorum à P. Ludovico Engel. editum part. 1. cap. 7. ex Barb. de jure. l. 2. cap. 13. 1. Quòd aliquis cogi possit ad domum vel fundum vendendum pro erectione vel ampliacione Ecclesie. 2. Quòd Ecclesia habeatur loco filij, atque adeò deficere faciat conditionem, si sine liberis, si Clericus bona restitutioni obnoxia velit relinquere Ecclesie. 3. Quòd ad Testamentum in favorem Ecclesie factum non requiratur

tur

tur Juris solemnitates, sed sufficiat, si constet de voluntate defuncti. 4. Quòd ex Legatis & fidei commissis Ecclesie relictis non detrahatur Falcidia, vel Trebellianica. 5. Quòd donatio ultra 500. solidos absque insinuatione, uti & donatio omnium facta Ecclesie valeat, nec revocetur ob ingratitudinem Parochi, vel supervenientiam Liberorum ex parte Donatoris. 6. Quòd pollicitatio facta Ecclesie irrevocabiliter obliget, nemine acceptante. 7. Quòd in Ecclesia transferatur dominium sine traditione. 8. Quòd in proce-
 edictali prioritas sit adjudicanda ipsi Ecclesie. 9. Quòd Ecclesia participet privilegia fisci, libertatis, militum, tutorum, dotis, Minorennium, & Reipublice, dummodo casus sit applicabilis, & in Jure contrarium non sit dispositum. 10. Quòd mandatum factum in favorem Ecclesie non extinguetur re integra, per mortem mandantis. 11. Quòd pactum per viventis hæreditate valeat in favorem Ecclesie. 12. Quòd in dubio pro Ecclesia sit judicandum. 13. Quòd Ecclesia non obligetur ex mutuo, nisi probetur versum in illius utilitatem. 14. Quòd possit exceptionem non numeratæ pecunie contra ultra biennium opponere.

Qu. 3. *Quid ad Ornatum Ecclesia pertineat?* R. hæc potest esse. Primò, *mundities & nitor*, eo modo procuratus, quem in suo Nepotiano laudat S. Hieronymus, his verbis: *Ecclesia sollicitus, si niterent altaria, si parietes absque fuligine, si ornamenta tersa, si sacrarium mundum, si vasa luculentiora, in omnes Caremonias piæ sollicitudine disposita; possunt etiam illo dicere, quòd Basilicam Ecclesia, & Martyris conciliabulum, diversis floribus & arborum comis, virium pampinis adornantur; ut quidquid in Ecclesia placeret, tam dispositione quam studio Presbyteri studium & laborem testaretur.* Secundo, *imagines, in parietibus vel depictæ, vel appensæ; hæc enim parùm juvant ad Ornatum, & quod plus est, etiam devotionem populi, præsertim simplicioris excitandam.* Tertio, *Reliquia & Statua Sanctorum, quæ in Altaribus suo tempore expositæ ad venerationem Sanctorum, in præsentibus exhibendæ, eorumque Sanctorum intercessionem invocandam juvent.*

Qu. 4. *Quid ad Sanctitatem Ecclesia requiratur?* R. hæc potest esse. *relinqui de custodia & vel in primis requiri, ut*

ga prophanum asseretur, atque adeò nec Utensilia Domus reponantur, nisi propter hostiles incurfus, aut incendia repentina, vel similem necessitatem, id fieri oporteat; imagines verò vanæ aut inhonestæ nulla unquam ratione in ipsdem suspendantur; aut tolerantur, uti jam olim Concilium Nicenum secundum gravissimè prohibuit. Secundò, ut nullæ actiones prophanæ, & illicitæ in ea exercentur, quales potissimum in Jure Canonico censentur Negotia sæcularia, ac contractus, judicium civile, ludi theatrales, saltationes, convivium, strepitus, & clamores, musica levis & prophana, uti Concilium Tridentinum Sess. 22. de observ. & evit. in celeb. Miss. indicat his verbis: Ab Ecclesia musicas eas, ubi organo sive cantu lascivum aliquid, aut impurum miscetur, item sæculares omnes actiones vanæ, atque adeò prophana colloquia, deambulationes: strepitus, clamores arceantur, ut domus DEI domus Orationis esse videatur, & dici possit. Tertiò, ut, si Ecclesia desecrata aut polluta fuerit, mox iterum consecratur, aut reconcilietur; desecratur autem per destructionem omnimodam, vel majori ex parte factam: polluitur autem per homicidium mortaliter malum, factum in Ecclesia: per effusionem mortaliter culpabilem, proprii vel alieni sanguinis vel seminis: per sepulturam excommunicati, non tolerati, vel infidelis.

Qu. 5. Quare prædicta tria capita studiosè procurare debeat Pastor? R. ob sequentes causas. Primò, ob reverentiam Ecclesie, tanquam domus DEI, & Basilica seu Regia, ipsius aetiam Christi debitam: si enim David 1. Par. 29. olim dixit: Totis viribus meis præparavi impensas domus DEI mei, opus namque grande est; neque enim homini præparatur habitatio, sed DEO; quantò magis hoc Pastor de rebus ad Ecclesiam pertinentibus dicere debet. Secundò, Ob Parochianorum, aliorumque Ecclesiam mirantium adificationem: ut enim nitor & apparatus singularis Ecclesie miram vim efficaciamque habet, ad reverentiam & æstimationem de rebus Divinis, intuentibus ingenerandam, ita non possunt non gravissimè scandalizari, si domum Pastoris & Oppidanorum viles casas cum Nundinæ aut convivalia Festa aguntur, nitere, mensas splendere, supellectilem renitere, ex auro & argento, aut splendida chrystallo bibi, mundissima & affabrè facta

facta strophiola, & mantilia ad nares, & manus detergentia mensasque ornandas adhiberi; è contrario verò tecta Ecclesie perpluere, parietes non modò araneorum telis obstruenda sed squalere, & propemodum imbre pluvio corrumpenda, dari altaria, aut vix vili linteo obtegi, pavimenta luto operiri, Sacerdotum vestes, aut sædè detritas, aut laceras vitæ corporalia, purificatoria, patenas, calices, quæ Christi Corpus & Sanguinem vel continent, vel contingunt, inexcusabile scelere, non sordescere modò, sed omnino sordere adveniant atq; ad eò locū iterū habere querelam illam DEI per Aggeum Prophetam, cap. 1. Judæis propositam; *numquid temporibus est, ut habitetis in domibus laqueatis, & domus ista deserta est, quia domus mea deserta est; & vos festinatis unusquisque domum suam; propter hoc prohibiti sunt vobis Cali, usque ad terram, & terra germen suum; certè non desunt, qui carum lamitatum, quas hærefes, & per illas bella funestissima annis in Europam invexerunt, accuratiùs indagantia servarunt, malorum talium initia, à templorum reformatione sacrarum injuria, & sacrilego neglectu cœpisse, easque patenas, quæ secutæ sunt, ob prophanatam templorum, altariumque religionem immittas fuisse. Tertiò, ob famam & reverentiam ipsius Pastoris conservandam, cum, ut supra Hieronymo vidimus, nitor & decor Ecclesie, Presbyterorum studium, & laborem (addamus, & propriæ mentis munditiæ haud obscure testentur.*

Qu. 6. *Quibus mediis prædicta capita facile obtineantur?* R. primò, *Frequenti Visitatione;* hæc enim diligentia, si qui latebunt alicubi, revelabit, & Officialium industriam acuet, ut nihil facilè in Ecclesia permittatur quod oculos & animum seduli Pastoris offendere possit. Secundo, *Celeri reparatione;* nam, dum damna adhuc parva sunt, & faciliore labore, & levioribus impensis, & cum eorum firmitate reparantur, quæ tamen, si multiplicentur, invalescant, vix sine periculo, grandique labore restitui queunt; imò interdum ob impensarum defectum non omnino debent. Tertiò, *Accuratâ custodiâ;* si scilicet exteriores partes Ecclesie per muri bene clausi ambitum, custodiantur; si interiores partes per tectum bene conserventur;

datam; portâsque suo tempore diligenter clausas, ab interitu vindicentur: si denique res mobiles ad Ecclesiam pertinentes, in cistis, & aliis locis bene obleratis sollicitè asserventur.

Dubia moralia.

Qu. 1. An, si Ecclesia reparatione indigeat, Pastor suis sumptibus hanc reparationem procurare debeat? R. ita quidem Alexandrum III. olim cap. his, de Eccles. ædific. rescripsisse his verbis: *De his, qui Parochiales Ecclesias habent, duximus respondendum, quòd ad reparationem & institutionem Ecclesiarum cogi debent, cum opus fuerit, de bonis, quæ sunt ipsius Ecclesiæ, si eis supersint, conferre, ut eorum exemplo ceteri inveniuntur; nihilominus Concilium Tridentinum Sess. 21. de refor. cap. 7. limitasse nonnihil hoc decretum, dum ait: Parochiales verò Ecclesias, etiamsi iuris patronatus sint, ita collapsas refici & instaurari curent, ex fructibus & proventibus quibuscunque ad Ecclesias quomodolibet pertinentibus, qui, si non fuerint sufficientes, omnes Patronos, & alios, qui fructus aliquos ex dictis Ecclesiis provenientes percipiunt, aut in illorum defectum Parochianos omnibus remediis opportunis ad prædicta cogant, quacunque appellatione, exemptione remotâ; unde rectè colligunt Doctores, Pastorem tantum in casu, quo Ecclesiæ sumptus sufficere non possent, teneri ad reparationem, & quidem non solum, sed cumulativè cum omnibus, qui ejusmodi redditibus gaudent, & præterea deductis prius necessariis ad decentem sustentationem sumptibus.*

Qu. 2. An, si causa gravis suadeat, alicuius rei alienationem faciendam, Pastor ad Pontificem recurrere; an verò ad Episcopum debeat? R. etsi in Extravagante ambitiosa C. Abbatibus. 12. q. 2. Clem. 1. de rebus Eccl. non alienandis. solum Pontifex nominetur, tamen usu magis recepti sunt antiquiores Canones, ex quibus proximus Superior & Ordinarius loci intelligitur, notatque Glossa, quòd etiam Abbates, præsertim exempti, in Ecclesiis pleno jure sibi subjectis possint auctoritatem in alienatione rerum ad dictas Ecclesias pertinentium præstare.

Qu. 3. An sacras representationes in Ecclesia licitè instituere possit Parochus? R. negativè quidem multos Doctores apud Barbosam alleg. 24. num. 25. respondere; sed cum ipse

Instructio IV.

F

de off.

de off. Paroch. cap. 13. num. 16. concedat, posse in Ecclesia actus ad voluntariam Jurisdictionem pertinentes celebrari, uti sunt ad Doctoratum promoveri, & similia, non videtur, cur non etiam facer aliquis Dialogus, aut Drama præsepe Domini, vel Sepulchrum exhiberi possit.

Qu. 4. *An, si Pastor ex confessione cognoscat, Ecclesiam semini effusionem maculatam esse, abstinere debeat à re v. Celebratione?* R. negativè cum Fagund. de 5. par. l. 3. cap. 14. num. 53. & alijs. quia, ut Ecclesia polluta fecatur, delictum debet esse publicum, vel per sententiam iudicis, vel per confessionem publicam partium, vel per certam Testium depositionem in iudicio, vel per publicam famam; quia purificatio templi est actus publicus ad publicum scandalum, & publicam injuriam Ecclesie factam intendendam ordinatus, atque adeò meritò delictum etiam publicum supponit.

Qu. 5. *An, si Pastor audiat, Sacristam v. g. in templo sua uxore actum coniugalem exercuisse, Ecclesiam pollutam censere debeat?* R. negativam quidem sententiam facit probabiliter ab Emman. Saa, & Pontio l. 10. num. 13. addoceri, eò quòd textus ex Jure Canonico pro pollutione dicitur, solam de illicita copula loquantur; communitatem tamen sententiam esse, quòd verè polluat per talem actum, quæ per talem actum loco inferitur, si abique necessitate exerceatur, ut in simili casu dicitur de justè damnato Ecclesia occiso, uti Sanch. l. 9. de mat. dif. 15. n. 7. & alij communiter docent.

Qu. 6. *An, si quis foris graviter vulneratus sit, & ad Ecclesiam confugiat, ibique moriatur, Ecclesia per tale homicidium polluta sit?* R. cum Barb. alleg. 24. n. 26. negativè, quia, cum Lex ista reconciliationem decernens odiosè strictè eam interpretari convenit, neque ad solum factum causam datam & factum conjunctum extendi debet; etiam, si quis in Ecclesia existens alium foris existentem in Ecclesia occideret, non deberet censeri polluta Ecclesia foret, si foris consistens alium in Ecclesia consistentem occideret; tunc enim causa simul & factum in Ecclesia puniuntur.

Qu. 7. *An, si Pastor ante, quàm delictum perpetrasset,*

pius interea celebravit, Ecclesiam reconciliatam censere debeat? R. posse quidem ita sentire propter auctoritatem probatorum Authorum, tutius tamen videri, si, ubi fieri commodè potest, reconciliatio à SS. Canonibus præscripta adhibeatur. ita Lug. de Evch. d. 10.

Qu. 8. An, si in Cameterio, sanguinis, aut seminis illicita effusio est facta, etiam Ecclesia polluta censeri debeat? R. negativè, uti expressè in Jure Canonico C. un. de consecr. Eccl. in 6. deciditur, quia accessorium non trahit secum principale, sed sequitur potiùs illud, atque ad eò Ecclesiã pollutã Cameterium pollutum censeri debet, non vicissim.

Qu. 9. An, si in Sacristia, vel Campanili facta sit eiusmodi effusio, sufficiat ad pollutionem Ecclesiæ? R. Barb. l. c. n. 20. negativè cum communi, quia debet fieri in ipso corpore Ecclesiæ, & à porta interna majoris Ecclesiæ, usque ad ultimum parietem internum, nullo alio muro intermedio distinctum. unde dicta duo loca, uti & crypta non pertinent in rigore ad corpus Ecclesiæ.

Qu. 10. An, si Ecclesia vel Altare per spurcicias hominum vel brutorum turpiter dehonestata sint, iterum reconciliari debeant? R. cum Laymanno l. 5. tr. 5. cap. 5. & aliis, in tali casu non quidem fore pollutam Ecclesiam; decere tamen, & praxin habere, ut saltem à Pastore cum aliqua Cæremonia reconcilientur, & abluantur.

Qu. 11. An, si Ecclesia tantùm benedicta sit, simplex Sacerdos eam absque facultate Episcopi reconciliare possit? R. affirmativè cum Diana p. 4. tr. 4. ref. 91. & aliis; quia cum talis Ecclesia necdum consecrata sit, non apparet, cur Episcopus ad ejus reconciliationem sit necessarius.

MEMBRUM II.

De SS. Missæ Sacrificio.

Qu. 1. Quid circa hoc tremendum Sacrificium præcipuè observandum sit à Pastore? R. sequentia. Primò, ut suo tempore offeratur, id est, toties, quoties justitia aut charitas requirit; & ut non citius aut serius offeratur, quàm Ecclesia permittat. 2. Ut suo loco offeratur, id est, in Templo, Altari consecrato, & (ubi à Fundatore, aut alio, qui stipendium obtulit) exigitur, etiam determinato peragatur. 3. Ut debito modo

modo offeratur, id est, cum summa, quantum fieri potest, reverentia, devotione, atque perfectione.

Qu. 2. *Quis sit modus perfectissimus hoc Sacrificium offerendi?* R. perfectissimum esse, in quo hæc tria juxta præcepta SS. Matris Ecclesiæ observantur. 1. Ut cum magna animi puritate ad hoc mysterium peragendum accedatur; ideo cum Ecclesia tam sollicitè confessionem à Fidelibus, & precibus Sacerdotibus præmitti voluit. 2. Ut omnes Rubricæ Missali, & Rituali in Diocæsano præscriptæ accurate observentur, ut dicere possit Sacerdos: *Consummationem*. 3. Ut Orationes, aut Lectiones, aut Evangelia in Missa dicenda, eo sensu & intentione, & reverentia proferantur, quæ ipsa Mater Ecclesia intendit, & summa Sacrificij hujus dignitas requirit.

Dubia moralia.

Qu. 1. *An, & quando Pastor sub peccato obligatus sit Missam dicendam?* R. seclusâ consuetudine & pacto, cum teneri ad eam dicendam, quoties Populus tenetur eam audiendam; quia hæc duo videntur correlativa, & que hæc obligatio ex ipso naturæ dictamine, quod equum esse dicitur, ut sicut à Populo Decimas, & alios fructus percipit, ita necessaria quoque salutis administret; extra dicta istos verò, etsi verius sit, illum ex præcepto non obligatum, tamen utique maximè decens est; imò si Populus in aliqua Civitate sit numerosus, & Pastor habeat ampliores redditus eundem per Episcopum cogi posse, ut sæpius intra hebdomadam celebret, tenet Layman. l. 5. tr. 5. cap. 3. n. 2. & aliter quod idem sentiendum in casu, quo in aliqua Parochia Populus ad unam Parochiam difficulter convenire possit, tamen enim juxta cap. Consuevisti. 1. de celeb. Miss. pariter possit, vel ad Coadjutorem assumendum; vel, si id per se pertinetatem Parochiæ non liceret, ad plures Missas eodem die dicendas.

Qu. 2. *An, si Missam iam celebravit, & subito moriatur, quòd moribundus Viaticum desideret, possit iterum Missam celebrare?* R. affirmativè, cum multis aliis P. Gobat Alpb. Sacrif. num. 112. eò quod præceptum Ecclesiæ vetans Sacerdotem non jejunum celebrare, non videatur in casibus

extraordinariis cum detrimento & scandalo Fidelium obligare; ex his enim, quæ fortè in uno aliquo casu accidere possunt, Jura non constituuntur; neque rectè faceret Pastor, si in tali casu solam Hostiam sine Missa consecraret; quia Ecclesia non permittit, ut una species sine altera extra casum, quo perficiendum foret Sacramentum, consecratur; unde si interea moribundus æger crederetur, potiùs illi Sacramentum Extremæ Unctionis conferendum foret, uti contra Alensem, Majorem, & quosdam alios docent plerique TT.

Qu. 3. *An, si die prophano devotio populi postulet, duo vel plura Sacra, possit ea Pastor celebrare?* R. affirmativè, modo jejunos semper maneat. Ita Suarez & Lugo apud P. Gobat l. c. n. 12. & consentit Saa, generatim concedens posse Sacrificia sæpius offerri, quando honesta causa id postulat, qualis maximè foret, si subitò inexpectata Processio superveniret, aut in die Dedicationis Ecclesia Populum non caperet, extra illam verò ob graves pluvias celebrari non posset; alioquin enim cælo sereno præstaret extra illam in ara portatili, quàm intra bis celebrari.

Qu. 4. *An in Festo Nativitatis teneatur tria Sacra dicere Pastor?* R. negativè cum Barb. de Paroch. cap. 11. n. 8. & aliis communiter; quia nemo tenetur illo die pluribus Sacris interesse, & ex consequenti nec Pastor plura dicere; rectè tamen monent Authores, observandam esse consuetudinem in loco, in quo Pastor moratur, receptam.

Qu. 5. *An Pastor teneatur diebus festis applicare Sacrificium pro suis Parochianis?* R. cum Laym. l. 5. tr. 5. cap. 3. n. 3. et si Sotus absolute semper id fieri debere censeat, & Barbosa veriùs putet, eum juxta boni viri arbitrium aliquoties id applicare debere, idque omnino consulendum sit, per se tamen cum non obligari ad hanc applicationem, sed sufficere, si secundariò meminerit (id quod Concilium Tridentinum Sess. 23. de ref. c. 1. pro contraria sententia citatum videtur voluisse) eò quòd diversæ sint obligationes ad celebrandum, & ad applicandum Sacrificium, & proventus Pastoris ad celebrationem tantum ratione officij Pastoralis, non autem ad intentionem Populi se extendant.

Qu. 6. *An, si eo die, quo Pastor alioqui obligatus est, ratione consuetudinis, vel Fundationis pro populo, vel defunctis celebrat-*

lebrare, Parochianorum aliquis Sacrificium pro se offerri
 stulet, stipendiumque polliceatur, Pastor tale stipendium
 ve queat? R. cum Laymanno l. 5. tr. 5. c. 3. n. 4. affirmati-
 vè talis obligatio stipem offerenti nota sit; tunc enim cen-
 tur Juri suo renuntiare, & contentus esse secundaria inces-
 tione, & fructus applicatione, ne alioqui ad alienam Paro-
 chiam accedere cogatur; quod maximè locum habet, si
 Pastor tenues redditus possideat; secus verò sentendum
 lem obligationem ignorant, qui stipendium offerunt; illud
 enim significari debet; alioquin meritò de spirituali dano
 & injuria conqueri possent.

Qu. 7. An, si Pastor evocetur ab Altari ad Baptis-
 m aut Viaticum conferendum, possit Sacrificium relinquere
 post consecrationem? R. affirmativè cum Navar. & alii-
 Layman. l. c. c. 7. n. 2. monendus tamen in tali casu est
 pulus de causa, ne offendatur; & statuendus ad Altare
 attendat, ne quod periculum Eucharistiæ interim eveniat
 semperque operam dare debet, ut quàm citissimè se expediat
 & ad Sacrificium perficiendum redeat.

Qu. 8. An, si alicui in extremis constituto Sacra Unctio
 ferenda sit, possit Pastor ante factam oblationem desistere à Mis-
 sa? R. iterum cum Laymanno loc. cit. affirmativè, si scanda-
 lum absit; in quo casu, si non diu absuit, videlicet non
 horam, reversus pergere poterit, ubi reliquit; si vero longior
 mora interposita fuit, ab initio repetere Missam debet.

Qu. 9. An, si Pastor ex iusta causa bis celebratum
 num purificationis in calice reliquit, debeat, vel possit hoc
 in sequenti Missa consecrare? R. negativè cum Hauckio
 V. Miss. n. 33. & aliis ab ipso citatis; tum quia digni
 no abluti sunt; tum quia in Calice ferè semper aliquid
 crati liquoris hæret, quod vino effuso permisceatur; non
 autem, certè non decet, verba consecrationis proferri in
 teriam partim consecratam, partim non consecratam.

Qu. 10. An, si maiorem Hostiam habere non possit
 possit minorem consecrare? R. cum Diana p. 6. tr. 7. rel.
 affirmativè, si scandalum absit, & iusta causa celebratio-
 exigat; quia nullibi præscriptum est, ut major tantum
 secretur. Sed quid si aliam majorem Hostiam jam consecra-
 tam in pyxide haberet, possétne illam pro hoc Sacrificio
 hiberi

hibere? R. ita quidem fecisse quondam Parochū aliquem testatur Marchantius tr. 4. candelab. Myst. c. 5. n. 6. cujus tamen factum ibidem meritò improbat, cum in Missa Populo exhiberi debeat Hostia in illo Sacrificio, quod audit, oblata & consecrata; melius ergo facturum putat, si in tali casu minorem Hostiam consecraret de novo, & majori conjunctam Hostia Populo adorandam offerret.

Qu. 11. An, si tempore consecrationis pyxidem, in qua Hostia continebantur, non aperuit Pastor, possit Hostias illas consecratas censere? R. affirmativè, cum communi DD. cum tales Hostiæ sufficienter per pyxidem, in qua velut vasculo continentur, fiant præsentis; quod non fieret, si Hostiæ non consecratae in tabernaculo clauso repositæ fuissent.

Qu. 12. An, si Pastor ex fundatione debeat in hebdomada unam aut plures Missas dicere, ob infirmitatem autem non possit, teneatur alium suo loco substituere? R. quemadmodum bonus Dominus non solet propter modicam ægritudinem aut impedimentum servi mercedem deducere, ita probabile quoque esse, non voluisse Fundatorem ad compensationem obligare Pastorem, si infirmitas per unam tantum aut alteram hebdomadam duret; modò non sit expressè vel implicite statutus certus numerus Sacrorum, uti Laym. & alij docent.

Qu. 13. An, si Pastor cœptâ iam Missâ publicâ recordetur se non ieiunum esse, debeat abrumpere Missam, si Canon nondum sit inchoatus? R. cum S. Thom. q. 83. a. 6. ad 2. & alijs negativè; quia fermè abstinere non potest sine aliqua nota; ubi autem difficultas occurrit, semper id eligendum est, quod minus periculi habet.

Qu. 14. An, si Pastor bonâ fide (vel, ut Iordanus apud P. Gobat velle videtur, etiam malâ) celebravit cum veste & calice non benedictò, aut consecrato, debeat comperto errore, curare, ut benedicatur, vel consecratur? Resp. posse quidem Pastorem uti illis vestibus aut calice absque nova consecratione, aut benedictione secundum Dianæ p. 3. Tr. 7. ref. 18. & multorum aliorum sententiam; contrariam tamen sententiam rectius secuturum, eò quòd alioqui etiam cubicula, in quibus Missa ex privilegio celebratur, sacra loca esse inciperent, quòd nemo facilè concedet.

Qu. 15. An, si Casula & Alba scindantur, & ex hac quidem

dem humeralia, ex illa verò Stola & Manipuli fiant, de quibus benedici debeant? Resp. affirmativè P. Gobat n. 203. eo quod juxta generalem regulam tunc vestes benedictionem admittant, quando non sunt ampliùs aptæ ad illum usum, quem erant benedictæ: Casula autem non fit ad usum Manipuli aut Stolæ, nec Alba ad usum Humeralis benedicta, nisi foret, si vincula, quibus Casula corpori alligatur, existèrentur, & pro Cingulo adhiberentur: tunc enim adhuc benedictionem retinerent, quemadmodum & cingulum ita lectum, ut utraque vel alterutra pars servire possit ad cingendum corpus, uti apud eundem Authorem n. 197. Diana, & alij docent.

Qu. 16. An quando Pastor Calicem sacrum iterum ad usum curat, etiam novam consecrationem eidem procurare debeat? Resp. probabiliter negativè cum P. Gobat n. 177. quia materia Calicis & aurum sint per modum unius consecrationis, nec aurum simpliciter requiratur ad usum Calicis, non propter, cur materia Calicis non consecrata maneat, etiam post aurum detritum, atque adeò tanquam pars principalis & necessaria trahat ad se alteram partem non sacram.

Qu. 17. An licitè Pastor ex Alba superpellicium, sive aliis Ministris conficere possit? Resp. affirmativè cum eodem n. 203. quia usus talium superpelliciorum non est prohibitus, atque adeò Jus Canonicum vetans ejusmodi vestes ad profanos usus adhiberi locum non habet.

Qu. 18. An, si rogetur Pastor, ut Casulam, Albam, vel aliam similem vestem pro Comædia concedat, id licitè permittere queat? Resp. negativam quidem sententiam à Sacrosanctis alijs teneri, sed, cum praxis passim demonstrat, scientibus Episcopis tales vestes in Comædia adhiberi, videntur dicti Authores, de solo usu dictarum vestium ad Comædias profanas intelligendi.

Qu. 19. Quomodo se circa particulas in Patena in Corpore reperitas Pastor gerere debeat? Resp. cum Carolo Mutano in aureo libello, quod Manuale Parochorum vocatur, p. 2. c. 1. n. 6. si ejusmodi fragmenta adhuc jejunos videat, sumendas esse ante purificationem, sive ad suum, sive ad alterius Sacrificium pertineant; si verò non sit jejunos, sumendas esse, si proprij fuerint Sacrificij, etiam post Populum communitatem

sacrâ refectum: secus tamen, si ad alienum Sacrificium pertineant, tunc enim, si asservari possunt, id omnino fieri convenit; si verò sine majoris irreverentiæ periculo servari non possunt, etiam à non jejuno sumantur. Si dubium sit, an ad prius aut posterius pertineant Sacrificium, ad posterius pertinere censentur; non enim est suspicandum, alterum neglexisse, nisi constet. Ita ille: sed quia tamen interdum male ocularus aut circumspectus Sacerdos præcessit in celebrando, adeoque prudenter dubitari potest, an particula tempore Oblationis reperta in Patena, primùm ex illa Hostia nondum consecrata fuerit separata, an verò ex priori Sacrificio relicta, meritò dubitârunt nonnulli, quid in hoc casu sit faciendum? si enim in Corporali ponatur, timendum est, ne postea non amplius reperiatur; si in Patena relinquatur, verendum est, ne, dum Patena ad varios usus adhibetur, particula ex illa in terram, vel alium locum, unde difficulter reperiri aut recuperari queat, decidat; si in Calicem immittatur, non videtur decere, ut particula fortè non consecrata Sacro Sanguini miscetur; quia ergo nihil de hoc casu decisum reperitur, optimè facturus videtur celebrans, si vel novam Patenam sibi afferri curet, & priorem cum sua particula deponat, ut ante purificationem sumere eam queat, vel si Patenam aliam habere non possit, eam in nomine Domini, in Corporalis medio ponat, ubi alias ante sumptionem Calicis particulas colligit, speretque se eandem cum aliis denuò reperturum; aut si non reperiat, Angelos perinde, ut aliarum particularum, quæ Celebrantis industriam interdum subterfugiunt, habituros curam.

MEMBRUM III.

De Officio Divino.

Qu. 1. Quid potissimum observandum sit circa Officium Divinum? Resp. tria præcipuè. 1. Ut ordinatè recitetur, servando ordinem Festorum in Calendario, ordinem Horarum in Breviario, ordinem partium in Rubricis, & ordinem temporis in Jure Canonico, vel Theologia morali præscriptum. 2. Ut integrè recitetur, non modò nullam horam integram, sed nec partem ullam cujusvis horæ omitiendo, imò nec ipsa verba per præproperam recitationem mutilando. 3. Ut devotè

vorè recitetur, id est, non modò ad sensum sub verbis litteram, quantum fieri potest, animum applicando, sed etiam affectus in Psalmis & Orationibus contentos, eliciendo, simulque ipsa etiam corporis dispositione interiorem suam reverentiam contestando.

Dubia moralia.

Qu. 2. *An Pastor non habens sufficientes redditus ex suo officio, nihilominus obligetur ad Officium Divinum recitandum?* Resp. affirmativè Barbosa de Paroch. c. 10. n. 1. & sequenti communi aliorum, additque adhuc obligatum fore, etiam si non alios redditus percipiat, eò quòd titulum & possessionem Beneficij habeat, ac proinde, ut verus Beneficiatus obligetur ad Officium Divinum recitandum. Non desunt tamen sicut in ibidem citati, qui judicant talem Pastorem (nisi Sacris Canonibus sit initiatus) saltem non teneri ad Officium Divinum quotidie recitandum, si redditus ejus non attingunt necessariam sustentationis partem.

Qu. 3. *An Pastor negligens Officij Divini recitationem, teneatur ad omnes fructus illius diei restituendos, an vero pro aliqua parte propter onera parochialia retinere?* Responsum plerosque quidè Authores ob generalem textum Bullæ Pontificis quâ Pontifex decernit, ut ij, qui Officium Divinum negligunt, fructus suos non faciant, negare, quòd Pastor quilibet quam propter onera retinere possit; nihilominus Lopez, Letus, Saa, Sanchez, & alij adud Barbosam magis æquitate considerantes, judicant illa verba: *Omnes fructus Officij Divini celebrandi incumbit, limitari posse ad omnes fructus Officij Divini correspondentes, atque adeò duas partes reddituum Officij Divini putari posse pro labore Parochiali, & unam pro Honorariis Canonicis, quorum Authorum sententiam Ludovicus de S. p. 2. Manual. c. 6. n. 4. putat, tutò practicari posse secundum vulgatas juris regulas, quòd æquitas sit rigori juris præferenda, si salvâ ratione recti sermonis Lex aliqua ex doctrinâ æquo interpretationem recipere possit, maxime in parochiis, in quibus semper est benignior interpretatio faciendâ, atque in confirmationem hujus praxis non parùm videtur servare posse id, quod Layman. l. 4. tr. 2. c. 5. n. 1. assertum*

verbis: *Si Parochus computatis omnibus 350. florenos, & Cappellanus 200. florenos annuos accipiant, probabiliter dici potest, eos ad nullam aut modicam restitutionem obligari.*

Qu. 4. *An istam restitutionem etiam Fabrica propria domus facere queat Pastor?* Resp. affirmativè cum Vasquez. in opus. de benef. c. 4. §. 1. a. 1. d. 9. nec solum in ipsam domum, sed etiam in alias domus & horrea pro fructibus Beneficij colligendis & conservandis ædificata, & quidquid in utilitatem agrorum Beneficij insumitur, ut ejus fructus in perpetuum augeantur, fieri dictam restitutionem posse, cum Pius V. in Bulla sua generalibus verbis dicat, fructus restituendos in Fabricas Beneficiorum, vel pauperum eleëmofynas erogari debere.

Qu. 5. *An, si legat Pastor aliquot voluntaria Sacra pro defunctis, possit hac pro restitutione fructuum computare?* R. affirmativè cum Suar. Bonac. Navarr. & aliis apud & cum Barbosa de Paroch. c. 10. num. 40. quia & hi valde pauperes sunt, atque adeo ipsis restitutio ista per Missas, aut alia Suffragia, sive per se facta, sive per alios procurata, utpote quæ æquivalent fructibus, fieri potest.

Qu. 6. *An possit Pastor dicere Officium de sancto Titulari Ecclesia, aut cuius insignis Reliquia (qualis censetur caput, brachium, crus, aut ea, in qua martyrium passus est) in illa Ecclesia asservatur?* Resp. affirmativè, & quidem sub ritu duplici, quia sic Congregatio SS. Rituum defini vit, teste Barbosa num. 20.

Qu. 7. *An Pastor exorsus per inadvertentiam recitare Officium non prescriptum, si iam pervenit usque ad Laudes, vel Primam, debeat in errore pergere, & reliquum Officium absolvere?* Resp. etsi Caramuel apud P. Gobat Alph. sacri audiendi n. 642. velit, illum sub mortali obligari ad pergendum, ne alioqui Officium recitet, quale in Breviario non reperitur; posse verò pergere etiam ipse P. Gobat cum Quintanaduenn. concedat, non tamen ad hoc ipsum obligari, multò minùs verò ad repetendum totum Officium, ijdem Authores cum Tambur. & Lessio docent; imò Lugo sub veniali cum desistere debere putat, quia, qui non potest facere totum eo modo, quo deberet, debet facere saltem eo modo, quo potest.

Qu. 8.

Qu. 8. *An Pastor habens duo Beneficia tenuia ad dicendum in Diocesibus pertinentia, debeat canere Vesperas iuxta morem loci, in quo psallit potius, quàm iuxta Ritus loci, in quo sequenti die toto est moraturus?* Resp. P. Gobat l. c. n. 647. affirmativè cum Lug. reliquum verò Officium posse quidem illum recere juxta Ritus loci, in quo moratur, non tamen ad illud teneri.

Qu. 9. *An Pastor teneatur in Officio Divino privatim observando Statuta ab Ecclesia tempora observare?* R. et si non teneat sine causa Vesperas manè, & Horas minores à primis recitare, posse tamen ipsum sine scrupulo Matutinum post ab hora tertia, & horas minores summo manè simul recitare; imò hoc ipsum consulendum videtur, ut sit ad varias occupationes Officij sui tantò liberior & expeditior, uti in Notionali Pastorum p. 1. c. 6. n. 2. dicitur.

Qu. 10. *An, si Pastor, vel ex itinere, vel studio, vel alio labore valde defatigatus est vespere, & sequenti die ob Curam nem habendam & Catechismum, ac Vesperas non potest exequi, de longum Dominicale Officium recitare, licitè in aliud Officium commutet?* Resp. affirmativè P. Gobat, ibid. n. 902. probatque hanc assertionem ex generali principio à pluribus Auctoribus approbato, quòd scilicet, quando Ecclesia aliquam prohibet sub peccato solùm veniali, quælibet honesta causa sufficiat, ad evitandam omnem culpam agendo contra illius prohibitionem; quia igitur facere sine causa mutationem non frequenter (imò juxta multos etiam semper) veteris ecclesiastica Consuetudo sub noxa duntaxat veniali, merito hac quoque excusabit mutatio ob causas allatas facta.

M E M B R U M IV.

De Comprecationibus.

Qu. 1. *Quid nomine Comprecationis intelligatur hoc? Resp. intelligi Orationem publicam in Ecclesia coram venerabili Sacramento exposito à Parochianis congregatis, per unam aut plures horas, dièsvè pro gravi aliqua necessitate vel alia simili causa factam, quas quidem olim non solum nocte ad sepulchra Martyrum à primis Christianis instituta & Stationes vocatas, sed etiam de die per quinque, septem*

& interdum quatuordecim horas fuisse institutas, Pinellus
p. 1. opef. in præf. testatur.

Qu. 2. *Quid circa has Comprecationes Pastor observare
debeat?* Resp. tria præcipue. 1. *Ut rara sint*, ne, si frequen-
ter nimis instituatur, tam æstimatio, quàm devotio in Popu-
lo, in quibus potissimum ferè illius fructus consistit, notabili-
ter decreseat. 2. *Ut ordinata sint*, id est, ut, si per plures ho-
ras continuandæ sint, Parochianis, ne suam quisque comodi-
tatem secuti, uno tempore conveniant, certa hora ad statum
& negotia, quantum fieri potest accommodata assignentur.
3. *Ut rationabiles sint*, id est, propter gravem aliquam causam
indictæ, & juxta illius gravitatem in plures vel pauciores
horas distributæ; sic enim Parochiani, & majorem de illis æ-
stimationem concipient, & cum majori devotione atque ala-
crite ad easdem peragendas accedent, atque adeò major
quoque illarum fructus & efficacia sperari poterit.

Qu. 3. *Quare Comprecationes eiusmodi magni faciendæ, &
frequenter peragenda sint?* Resp. quia singularem habent ef-
ficaciam ad quidvis à DEO impetrandum, idque ob tres
causas. 1. *Quia sunt Oratio publica*, id est, à pluribus in
unum locum collectis facta, atque adeò multò potentior ora-
tione unius vel alterius privati Hominis; id quod præclare
notavit S. Ambrosius t. de pœnit. dum dixit: *Multi minimi,
cum congregantur unanimes, sunt magni, & multorum preces
impossibile est contemni*; si enim Christus olim Matth. 18. di-
xit: *Dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram,
de omni re, quamcunque petierint, fiet illis à Patre meo*; quan-
tò magis, si plures consenserint, id sperandum est? 2. *Quia
sunt Oratio continua*; atque multum valere orationem justii
assiduam, & S. Jacobus Jac. 5. olim testatus est. & Christus
Luc. 11. & 18. per geminam parabolam de Amico & Vidua
importunè in flagitando perseverantibus egregiè declaravit.
Hinc & pro S. Petri liberatione sine intermissione fiebat Ora-
tio ab Ecclesia ad DEVM, & per insigne miraculum obtenta
est. Act. 12. 3. *Quia magis intensa Oratio sunt*; nam & ab
ipsa loci sanctitate, & à præsentia SS. Sacramenti mirè exci-
tatur orantium devotio, ut adeò DEVS meritò de talibus
Comprecationibus repetat, quod olim Salomoni promissit:
Oculi

Oculi mei erunt aperti, & aures meae erectae ad orationem dei qui oraverit in loco isto. 2. Paral. 8.

MEMBRUM V.

De Processionibus.

Qu. 1. Quid circa Processiones istas praecipue observari debet Pastor? Resp. tria haec. 1. Ut legitimo tempore, 2. Ut legitimo ex fine. 3. Ut legitimo modo instituantur.

Qu. 2. Quo tempore sint instituenda? Resp. triplici praesertim. 1. Quando Ecclesia jubet, ut fit in Festo S. Marci diebus Rogationum, Festo Purificationis, & Dominicae marum, & alijs ad aquae benedictae asperionem. 2. Quando Consuetudo loci introduxit, uti sunt certae Processiones, quae circum agros, vel ad certa quaedam templa à miraculis celebrata institui solent. 3. Quando necessitas aut magnitudo rei exigit; uti fit, quando vel sterilitas agrorum, aut pestis aut bellum imminet, vel gratiae pro copiosa messe & legibus sunt agenda.

Qu. 3. Quo fine sint instituenda? Resp. ob sequentes praecipue. 1. Ut sint publica fidei professio; hinc enim cum vexillo plerumque rubro instructa, & variis imaginibus ornata praefertur, ut profiteamur, nos esse veros Christianos, non litare sub vexillo crucis, paratos esse Christum sequi, non vanas mundi delicias sectando; sed multas pro ipso tribulationes sustinendo; profiteamur pariter invocationem Sanctorum, & Authoritatem Ecclesiae tales Caeremonias instituisse. 2. Ut per Sanctorum, ad quorum templa instituuntur Processiones, Patrocinium, varia à DEO beneficia, gratiaeque impetrentur. 3. Ut Fidelium pietas ad commendanda DEI beneficia, gratiasque agendas excitetur.

Qu. 4. Quomodo sint instituenda? Resp. modum haec sequentibus praecipue consistere. 1. Ut ordinate instituantur, nimirum ut bini & bini ordine, quem dignitas aut consuetudo, aut Superiorum mandatum praescripsit, incedant; nam ordo talis & ad aedificationem, & decentiam ac devotionem non parum inducit, id, quod bene notavit S. Bernardus dicens: *Turbat Processionem, si quis solitarius incedat, turbat, nec sibi soli nocet, sed etiam ceteris est molestus: Hi qui segregant semetipsos, animales spiritum non habent.*

solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis, cùm potius per modum exercitus incedere ordinatè, Deumque, si ita loqui fas est, & Sanctos expugnare, & quodammodo in vota sua irabere deberet, ut de illa suo modo dici possit, quod de Sponsa Cant. 6. dictum est: *Qua est ista, qua progreditur terribilis ut castrorum acies ordinata?* 2. Ut modestè instituantur, ideòque omnes abusus, sive in nimia garriendi licentia, sive in convivij adornandi profusione, sive in alijs excessibus vitandis studiosè caveantur. 3. Ut piè instituantur, id est, ut cum pia intentione suscipiantur, cum debita devotione inter preces, & alia pia exercitia peragantur, & tandem cum optato pietatis, & petitionis obtentæ fructu finiantur, ne aliqui locum habeat notum illud: *qui multùm peregrinantur, rarè sanctificantur.*

Qu. 5. *Quibus mediis uti debeat Pastor, ut dicto modo Processiones instituantur?* Resp. his præcipuè. 1. Si ipse bono exemplo præeat, ita Rituale Salisburgense monet his verbis: *Videant imprimis Sacerdotes, aliique Ecclesiastici ordinis, ut in his Processionibus ea modestia ac reverentia tum ab ipsis, tum ab alijs adhibeatur, qua piis huiusmodi actionibus maximè debetur; omnes decenti habitu, superpelliceis, vel alijs sacris vestibus, sine galeris, nisi pluvia cogente, induti, graviter, modestè, ac devotè bini suo loco procedentes, sacris precibus ita sint intenti, ut remoto risu, mutuòque colloquio, & vago oculorum aspectu, populum ad piè devotèque precandum invitent.* 2. si suo tempore diligenter modum piè peragendi has Processiones doceat; ita iterum Rituale Salisburgense, monet his verbis: *Publica sacraq; Processiones seu Supplicationes, quibus ex antiquissimo SS. Patrum instituto Catholica Ecclesia, vel ad excitandam Fidelium pietatem, vel ad commemoranda DEI Beneficia, gratiasque agendas, vel ad Divinum auxilium impiorandum uti consuevit, quâ par est, Religione celebrari debent: Continent enim magna ac Divina mysteria, & salutaris Christiana pietatis fructus, eas piè exequentes, à DEO consequuntur, de quibus Fideles præmonere & erudire, quo tempore magis opportunum fuerit, Parochorum officium est.* 3. Si & ipse diligenter attendat ad eos, qui contra pietatem, & modestiam in ejusmodi Processionibus peccant, & alios, qui idem faciant, constituat; & si quidem aliquos gravius deliquiss.

quisse deprehendat, vel ipsemet paternè moneat, corrigat, que, vel certè à Magistratu castigari curet, ut alij videant hanc rem cordi esse Pastori, sapiant exemplo Castigationis & ab eiusmodi insolentiis abstineant.

Qu. 6. Qua Cæremonia in eiusmodi Processionibus servanda? Resp. in genere loquendo eas diligenter observandas esse, quæ in Rituali Diocæsano, aut ipso Missali præscribuntur, in specie verò tres potissimum observandas esse, si Processio extra Ecclesiam instituat: 1. Ut Vultum præferatur, ita ut imago Christi, si in Cruce depicta sculpta est, tergum obvertat Clero & Populo, quasi prævideatur, ut Gavantus ex Cæremoniali Episcoporum c. 15. & l. 2. c. 16. notat, nisi sit Archiepiscopus, vel Prelatus; tunc enim Papam vel Archiepiscopum respicere debent, quasi ex illius aspectu in summa Animarum cura interest, aut alicubi, ut in Italia, consuetudo habeat, ut altissimum feratur. 2. Ut sive à Cantoribus ordinariis, sive à mulieribus, præeunte quopiam Concentore, ubi mos est, ab utrisque separatis, cantus pius & gravis instituat, que ad finem Civitatis vel Oppidi, ex quo egrediuntur, continuetur, iterùmque assumatur, ubi ad fines præfixi perventum fuerit; quò autem decentius, aptiusque canatur iste, præsertim à mulieribus peragatur, curet tum ipsas personas suaviore voce præditas, tum cantiones eligi, & ab ipso quo perito instrui ad cantum cum debita decencia & attentione peragendum. 3. Ut in reditu debita DEO gratia Ecclesia ab omnibus, quantum fieri potest, collectis agatur, ideòque diligenter moneat, ne ante finem Processionis separatim domos repetant, aut diutiùs in hospicio loquentes seriùs illam sequantur.

MEMBRUM VI.

De Festis.

Qu. 1. Quid circa Festa potissimum sit observandum? Resp. sequentia ipsi præcipuè curanda esse. 1. Ut in Processione Populo denuntientur, ita Concilium Trid. Sess. 22. refo. decernit, itaque stringit hæc obligatio, ut Barboza dicit, Pastorem graviter peccare, si negligat eiusmodi denuntiationem, eò quòd in re gravi, quam Populus sub

cato mortali scire debet, deficiat. 2. Ut religiosè observari
ca à Parochianis faciat, quod fiet, si & præceptum negativum
de servilibus operibus (id est ad corporis duntaxat commo-
ditatem ordinatis, quæ per Famulos exerceri solent, uti sunt
rustica & mechanica) non suscipiendis, sed etiam affirmativū
de Missa eo die audienda studiosè observent. 3. Ut totus
dies inter honestas & pias actiones, quantum fieri potest,
transigatur: Quomodo autem id fieri conveniat, bene ex-
plicant decreta synodalia Augustanæ Diœcesis, dum ajunt,
Religiosum hunc cultum in eo consistere, ut sacro tempore Fideles
DEO, divinisque rebus liberè & internè vacent; ut Sancto-
rum solemnem memoriam religiosè celebrent; ut verbum DE I
& Missa Sacrificium audiant reverenter; ut orationi & pietati
cumprimis vacent, divinisque Officiis & Horis Canonicis li-
benter intersint; demum ut sacrum hoc tempus non vanis & pro-
phanis, sed piis sacrisque studiis transigant.

Qu. 2. Quibus mediis uti debeat ad talem Festorum obser-
vationem procurandam? Resp. his præcipuè. 1. *Frequenti*
admonitione, si scilicet in Concionibus accuratè explicet,
quanta commoda ex religiosa observatione Festorum spera-
re, quantaque damna timere ex eorum neglectu debeant.
2. *Sedula inquisitione, per quam operâ certorum syndicorum*
indaget, an tabernæ & officinæ clausæ sint; an sub officijs
Divinis, præcipuè sub Missa & Concione hospitia non fre-
quententur; an non choreæ indecentes aut ludi illiciti ali-
cubi exerceantur, spectacula & comœdiæ minus decoræ ex-
hibeantur. 3. *Brachij secularis invocatione: de qua sic lo-*
quuntur citata decreta: Hortamur autem, & obsecramus in
Domino Principes ac Magistratus, ut in iis maximè, qua ad
hunc cultum pertinent, nos sua autoritate, & vigilantia in-
vent, iubeantque Populum Sacerdotum præceptis obtemperare,
Opificum ac Mercatorum tabernas & officinas iis diebus clau-
sas teneri, nundinas, forúmque hebdomadarium, si quando in
sesta incidunt, transferri, aut saltem non ante Concionem ac
Divina Officia absoluta celebrari.

Dubia moralia.

Qu. 1. An Pastor possit cogere suos Parochianos ad Missam in
Parochiali templo audiendam? Resp. etsi Marchantius acri-
Instructio IV. G ter

ter affirmativam sententiam defendere conetur, uti apud
 senbaum l. 3. tr. 3. dub. 4. videre est, negativam tamen
 ferè ab omnibus alijs tenetur, hodie certam esse, cum & iu-
 rifices varij expressè id deciderint, & ratio manifesta
 quæ dicat Episcopum aut Pastorem non posse tollere, nec
 stringere Jus commune, & generalem totius Orbis con-
 dinem, quæ obtinuit, ut etiam in Sacello, aut privato
 torio Missam audientes satisfacere præcepto censeantur,
 dò id in contemptum Pastoris non faciant, id est, cum
 gnatione gravi, & convitiis in ipsum jactatis Missam
 audiant.

Qu. 2. *An Pastor teneatur Parochianos iuxta manum
 Capituli primi de Feriis ad observantiam Festorum à Vesperam
 Vesperam compellere?* Resp. negativè, eò quòd istud Con-
 lum cum suo rigore in Europa non sit receptum, sed con-
 duntaxat, ut Festum quoad abstinentiam à servilibus a
 dia nocte usque ad alteram mediam noctem duret, ut
 asserunt Doctores, quemadmodum apud Barbosam de
 roch. c. 16. n. 6. videre est.

Qu. 3. *An possit Pastor licentiam laborandi in Festis
 Rosp. affirmativè, si causa pietatis vel necessitatis id
 & ad Episcopum facilis recursus non detur, uti communi-
 sentiunt Auctores, teste Barbosa l. c. n. 19. qui tamen
 addunt, etsi causa talis per se opera servilia concedat,
 bitata sit, tamen adhuc in tali casu Episcopi aut Pastoris
 sensum esse requirendum, maximè si opus servile in
 faciendum sit, & per longum tempus duraturum, ne
 prætextu necessitatis liberè contra Festorum obligatio-
 peccetur.*

Qu. 4. *An nundinas die Festo permittere possit?* Rosp.
 communi affirmativè, modò non ante Officium
 tempore absolutum inchoentur. Ita Laym. l. 4. tr. 7.
 n. 6. & alij passim.

Qu. 5. *An Venationes & Piscationes sine multis operibus
 bore factas permittere possit?* Rosp. cum eodem Layman-
 hæ per se inter opera servilia numerari mereantur, adeo
 jure communi prohibita censeri debeant, sicut ex Jus-
 nonico colligitur, consuetudinem tamen obtinuisse, ut
 licitè censeantur, si recreationis gratià duntaxat in-
 ficiantur.

tur; imò Navarrus & alij putant, ex natura sua ad recreandum animum tendere ejusmodi actiones, atque adeò inter servilia opera computari non debere.

Qu. 6. *An Pastor possit abrogare Festum consuetudine duntaxat in Parochiam introductum?* R. negativè cum Laym. ib. c. 1. n. 3. & alijs, cum nec ipse Populus, qui illud particulari statuto vel diuturna consuetudine introduxit, abrogare id ampliùs possit, sed soli Episcopo hæc potestas conveniat, qui etiam abnuente Populo illud tollere potest.

Qu. 7. *An possit permittere, ut Mechanici & Operarij ex locis Catholicis diebus festis egrediantur ad laborandum in locis vicinis Hæreticorum, ubi ob diversitatem Calendarii festa non servantur?* Resp. negativè cum Laym. l. 1. tr. 4. c. 11. n. 9. nisi id expressè Episcopus concedat, & nullum cujusquam scandali periculum subsit.

MEMBRUM VII.

De Profestis, seu Vigilis, & Iejuniis.

Qu. *Quid de his præcipuè observandum sit Pastori?* Resp. sequentia præcipuè. 1. Ut Populo diligenter eas Vigilias, quæ cum jejuniis conjunctæ sunt, denuntiet, ne quis, si non jejunaverit, ullum aut ignorantia aut inobedientia prætextum possit obtendere. 2. Ut quemadmodum decreta synodalia Diocesis Augustanæ p. 1. c. 11. num. 11. monent, hanc Ecclesiasticam jejunandi rationem & disciplinam tam Clero, quàm Populo seriò commendet, ejusque verum usum ac uberes fructus diligenter explicet, moneatque jejunio corporali jungendum spirituale, quo mens à vitiis, & sæculi voluptatibus abstinet, hocque perpetuum esse debere. 3. Ut eadem Vigilias & jejunia religiosè observari faciat, atque adeò discretè interdum inquiret, quomodo hac in parte Parochiani se gerant, & an non alicubi illicitus carniùm aut intestinorum esus vigeat, quòd, si quos hujus Legis transgressores compererit, paternè primùm ad observantiam hortetur; sin autem hæc monitio minùs profecerit, per Magistratum sæcularem eos pro merito castigari curet.

Dubia moralia.

Qu. 1. *An permittere possit Pastor, ut profestis diebus post Vesperas*

Vesperas Parochiani servilibus operibus non necessariis Resp. cum communi posse, cum ex una parte nullum de stinencia tali à servilibus operibus in profestis diebus praprium extet; ex altera verò, ut supra ostensum est, Festi- quentis diei à media primùm nocte incipiat.

Qu. 2. *An Pastor possit dare Parochianis suis licentiam ieiunandi, etiam presente Episcopo?* R. affirmative de Paroch. c. 16. n. 2. cum Azor, Fag. & aliis, eò quòd in beat consuetudo legitimè præscripta.

Qu. 3. *An permittere possit, ut Parochiani ter hebdomade ieiunent per Quadragesimam?* Resp. circa huiusmodium frequenter in praxi recurrens, de quo vix aliqui Authores reperitur, bene notandum esse Laymanni l. 1. c. 3. n. 7. sensum, qui sic loquitur: Quod verò aliqui stimant, per consuetudinem quibusdam Germaniæ introductum esse, ut ter in hebdomade per Quadragesimam sæcularibus jejunaire sufficiat, de ea nihil omnino rebus sum; imò arbitror, irrationabilem fore hanc consuetudinem nec Prælatos Ecclesiæ in eam consensuros, quippe extra tam sanctum & Apostolicum omnibus sæculis ac temporibus apud Christianos celebratum jejunii Quadragesimæ institutum tendat. Interim plerique his frigidioribus temporibus causam aliquo modo probabilem afferunt, ut omnibus diebus jejurent, attamen à carnibus abstinere quos Confessarij absolvere possunt, scilicet secundam doctrinam, quam idem Author priori numero ex Sylvio Navarr. & Cajetano, & Toletò tradidit, nempe quòd, si ex causis excusantibus à jejuniò re ipsa nulla adsit, si bonâ fide ac probabilis ratio adesse existimetur, atque si cò aliquis præscripto modo non jejuret, non debeat mortaliter damnari, quia moralia præcepta moraliter interpretari convenit; neque Ecclesiæ intentio est, grave aliquo jugum conscientis Fidelium injicere: Quamobrem Cæcilius monet, ut Confessarij Pœnitentes suos non nimis arguant, si ob rationem aliquam, quæ ipsis probabilis & justificari pareat, in Quadragesima bis vel ter per hebdomadem jejurent, ne fortè, si ipsis contradicant, vel omnino non jejurent, ob conscientiam gravius peccent, qui alioqui sine omni culpa, vel saltem sine mortali fuissent. Eaque doctrina præ-

etiam locum habere potest, in septentrionalibus frigidioribus regionibus. ita citatus Author.

Qu. 4. *An, si Parochiani dicant, se tantum habere panem, fructus & olera, possit eis permittere, ut ieiunium non servent?* Resp. communem quidem sententiam id negare; si tamen videat difficulter aliquem in his circumstantiis inductum iri ad jejunium servandum, poterit illi servire sententia affirmativa Pasqualigo & Leandri à Murzia apud Dianam, p. 10. tr. 12. ref. 45. ubi etiam ipse hanc sententiam cum Ludovico de sancto Iuan, & Machado probabilem esse dicit.

Qu. 5. *An, si profesto die multas Confessiones excipere debeat Pastor, nihilominus ieiunij Legem observare debeat?* R. negativè, Pasqualigo Decis. 331. si laboriosæ sint, & per majorem dici partem durent, cui etiam facilè alij Authores consentient.

Qu. 6. *An, si sequenti mane Concionari debeat, pridie in Vigilia obligatus ad ieiunium censendus sit?* R. negativè Diana tr. 11. ref. 32. & consentiunt etiam Tamburinus & Sanchez, si constanter per annum concionetur; secus, si tantum bis aut semel per annum concionaretur.

Qu. 7. *An suos Parochianos impellere debeat, ut suos domesticos cogant ad ieiunium servandum?* R. ita quidem aliquos sentire apud Dianam, verum ipse non improbabiler cum Sanch. Azor. Filliut. & multis aliis apud & cum Pasqualigo censet, non obligari Dominos ad ejusmodi coactionem, atque adeò nec Pastor obligabitur, ad eos de hac obligatione monendos, licet consultum sit, ut suadeat illis benignam adhortationem verbo & exemplo faciendam.

Qu. 8. *An, si ab ipso dispensatio in abstinentia carniumpetatur, petere debeat, ut Medici iudicium scripto adferant?* R. ita quidem fat multos exigere majoris cautelæ gratiâ, sed quia in multis locis ejusmodi Medici non habentur, nec comòdè adiri possunt, ideo etiam sine hoc dispensare potest, cum non sit credibile, eum, qui petit dispensationem, causam, quæ nullo modo probabilis ei videatur, allaturum; sed similia ex circumstantiis judicanda, prudentiæ ipsius Pastoris relinqui debent.

G 3

MEM-

MEMBRUM VIII.

De Reliquijs Sanctorum.

Qu. Quid circa has observare debeat Pastor? 1. *Præcipue.* 1. *Cautela in recipiendis*, scilicet, ut, si aliquæ ejusmodi Reliquiæ aliundè offerantur, non facile accipiantur, aut exponantur, nisi Episcopo recognoscente, aut approbante, quemadmodum Concilium Tridentinum Sess. 25. de decr. 2. requirit. 2. *Diligentia in asseruendis*, scilicet & in decoris vasculis observentur, & in cithis bene clausis, clave apud se retenta, custodiantur, si celeberrime sint. 3. *Religiō in exponendis*, ut videlicet non tantum tempore in Altari exponantur, aut si alicubi mos ferat, sed in Concilio monentur Populus ad debitum cultum, & venerationem exhibendam, simulque ad vitandos abusos & superstitiones sedulò cavendos.

MEMBRUM IX.

De Imaginibus.

Qu. Quid circa has observare debeat Pastor? 1. *Præcipue.* 1. *Selectum*, ut, quemadmodum jam supra Concilium Nicænum graviter prohibuit, imagines vanas, nugaces aut inhonestas studiosè arceantur; è contrario illæ substituantur, quæ & ad articulos fidei nostræ inculcandos, & ad pietatem, devotionemque excitandam commodius magis videbuntur. 2. *Cultum*, quem in finem sapienter in Concionibus, tum in Carechismi explicatione, quando imaginis præmij loco dividit, explicare debet, quâ intentione ejusmodi imaginibus honorem & venerationem tribuat Ecclesia; & quomodo per hoc nulla idololatria ab ipso mittatur, uti falsò & vanè criminantur Hæretici. 3. *Modum*, ut scilicet accuratè doceat, in quos usus ejusmodi imagines adhibere; quomodo in domibus & parietibus suspendere, ante illas suo tempore orationem perfolvere, & aliis que necessitates, perinde ac si ipsi sancti præsentessent, illis commendare debeant.

M E M B R U M X.

De Cantu & Ceremoniis.

Qu. 1. *Quid circa Cantum observandum sit Pastori?* Resp. dandam ei operam esse, ut sequentes proprietates in eo observet. 1. Ut sit *gravis*, atque adeò omnis levitas & nimia celeritas in eo peragendo studiosè vitetur. 2. Ut sit *suavis*, suavitate non lasciva, & affectata, sed naturali, quæ in voci amœnitate, aptaque inflexione consistit. 3. Ut sit *pius*, id est, nihil prophanum continens, sed domui DEI & Divinis laudibus accommodatus, ut simul & verba intelligantur, & ad pietatem Auditores incitentur.

Qu. 2. *Quid in Ceremoniis sit observandum?* R. sequentes conditiones esse observandas. 1. *Vniformitatem*, quæ obtinebitur, si Pastor quivis in Ceremoniis ejusmodi usurpandis ritus in Rubricis Missalis & Breviarij, & in Ritualibus Diœcesanis præscriptos observet. 2. *Integritatem*, ut, quantum fieri potest, omnes Ritus circa quamvis functionem in dictis libris præscriptos studiosè observet. 3. *Decentiam*, ut scilicet cum tali gravitate & tarditate easdem exerceat, ut ipso modo agendi demonstret, se non prophanam quandam, sed cultui Divino consecratam actionem exercere, atque adeò sancta sanctè tractare velle.

Qu. 3. *Quid in genere circa rem Divinam in Ecclesia exercendam sit Pastori & Parochianis observandum?* Resp. hæc præcipuè esse observanda. 1. *Ordinem*, ut scilicet tempora pro quovis exercitio deputata accuratè observentur, & quidem ipse Pastor maturè illud incipiat, Parochiani verò maturè adesse studeant. 2. *Modestiam*, utque adeò omnes confabulationes, risus, aut aliæ ejusmodi levitates, cultum DEI summoperè dedecentes studiosissimè caveantur. 3. *Piæritatem*, ut scilicet, quod olim ante ejusmodi actiones Præco in templo hortabatur (*age, quod agis*) hoc omnes sibi quoque dictum existiment, atque adeò DEVM suum in Spiritu & Veritate adorent, ne audire illam severam Servatoris increpationem cogantur: *Domus mea, domus Orationis est, vos autem fecistis speluncam latronum & scurrarum.*

§. II.

De Cultu particulari Cælitum.

MEMBRUM I.

De Cultu Christi Salvatoris.

Qu. 1. *Quid circa Christi cultum speciatim observandum sit?* Resp. sicut Christus quatuor Beneficia communia legitur tribus Versiculis ab Ecclesia indicata: *se nascens dedit suam convalescens in edulium, se moriens in pretium, se regnans dedit suum primum*: speciali quodam modo, & in excellentiori gradu ipsi Pastori exhibuit, dum scilicet propter ipsum modò natus, sed etiam post annū trigesimū tribus annis ei proximo conversatus est, ut modum agendi, & conversationem Pastorem doceret; dum item non tantum se in edulium, sed etiam ut aliis Christianis dedit, sed etiam conficiendi & consumendi Corporis & Sanguinis sui amplissimam potestatem communicavit: dum denique non tantum pretium se propter se tulit, sed etiam, ut ipse Pastor hoc pretium quotidie in æterno in Persona Christi pro mundo offerre posset, ad altissimam Sacerdotis dignitatem eum exivit; ita merito sequentia à Pastore officia speciali studio erga eundem Cultum præstari debere, quæ quidem nonnemo sequenti simplici aptè complexus videtur.

Charitas tenerrima

Propter Redemptionem.

Gratitudo maxima

Propter Vocationem.

Imitatio studiosissima

Propter perfectionem.

Qu. 2. *Quomodo Charitatem suam erga Christum Cultum ostendere debeat?* Resp. per sinceram & amorosam reverentiam, *affectum, effectum, profectum* demonstratam. Et 1. per eundem *affectum* illi compatietur, si jugiter SS. ejus Passionem in memoria habeat; hoc enim sibi gratissimum esse non tantum amicis suis ostendit, præcipuè S. Gertrudi, dum eundem in Blofio c. 2. Monil. dixit, quoties quis crucifixi imaginem

animo piè commoto atpexerit, toties pietatis Divinæ oculum eidem obverti. 2. *Effectum*, ut illud S. Joannis 1. Jo. 2. dictum sibi applicans: *Filioli, non diligamus verbo & lingua, sed opere & veritate*: eat & ipse, & moriatur cum illo, mortificationem ejus quotidie in corpore suo gerens, & humilians semetipsum, & obediens factus usque ad mortem Crucis, seu clarius loquendo, nolit esse sine indigentia, dolore, & contemptu (hi enim, teste P. Balthafaro Alvarez S. J. Sacerdote, assidui Christi comites per totam vitam extiterunt) quoniam ipsum vidit tam inopem, virum dolorum, defectum, & novissimum virorum. 3. *Profectum*, ut vel ex hoc etiam motivo, ne tam copiosus labor & Passio sine suo careat, sed potius optatum fructum abundanter sortiatur, non modò ipse profectui animæ suæ, & perfectioni insigniter studeat, sed alios etiam ad similem profectum pro viribus excitare studeat; atque hæc tria officia, ut alacrius præstet Pastor, egregiè more suo hortatur S. Bernardus, dum ait: *Super omnia Te mihi amabilem reddit, Bone IESU, Calix, quem bibisti, opus nostra Redemptionis; hoc enim omnino amorem nostrum sibi vendicat; hoc, inquam, devotionem nostram blandius allicit, iustius exigat, arctius stringit, & vehementius afficit.*

Qu. 3. *Qua Officia erga Christum in Evcharistia latitantem præstare debeat?* Resp. ista præcipuè. 1. *Frequentem visitationem in templo*: ad quam meritò excitare potest non modicè Pastorem, si meminerit in Evcharistia impletum, quod olim in Veteri Testamento Levit. 36. promiserat DEUS: *Ponam tabernaculum meum in medio vestri, & non abiciet vos anima mea: ambulabo inter vos, & ero DEVS vester, vósque eritis populus meus*: Quid enim aliud per hæc verba indicare voluit, nisi quòd in medio nostri sit futurus, ut Protector, ut Medicus, ut Consolator, ut Cibus, & præcipuè ut Consiliarius; si enim Moyses in quovis paulò graviore negotio recurrit ad Tabernaculum, ad consulendum Dominum, quidni etiam Pastor ad hoc Tabernaculum longè præstantius fugiat, ut audiat Divinum responsum, & ut pius Author ait, de multis rebus præsentibus & futuris instructus recedat: certè hunc morem zelosissimis quibusque Pastoribus usitatissimum fuisse scimus, uti specialiter de S. Francisco Xaverio Indiæ Apostolo Scriptor vitæ testatur, dum integras frequen-

ter noctes, in templo eum consumpsisse scribit; idem scripsit P. Balthaf. Alvarez (qui, ut S. Theresia revelavit, suo tempore omnium hominum, qui tunc cum ipso vivebant, sanctissimus erat) Ludovicus de Ponte in vita illius cap. 6. testatur, additque valde illi doluisse, quod tam parum essent, qui accederent ad negotia sua apud hunc Dominum tractanda, cum hujus rei causa ipse nobiscum sit; profectum Christum sincerè amaremus, contingeret nobis, quod nos dum avulsus à Discipulis incepit cadere, & mortuus esset; deremusque in habitu nobis dici ab ipso illa ad sponsam dicta verba: Revertere, Sunamitis, revertere, ut breviter videamus te. 2. *Religiosam sumptionem* in eo constantem, ut ardentissimum illius desiderium ante illam incipiat; sub ea varios, eosque intensissimos Fidei, Spei, Charitatis, Humilitatisque actus eliciat; & post illam affectuosas gratias persolvens, suas & aliorum necessitates summa fiducia explicet, remediùmque humiliter petat. *Zelosam distributionem*, id est, ut non modò promptus sit ad SS. Christi Corpus omnibus petentibus porrigendum, sed etiam, ut multi frequenter petant, per ferventes actiones procurare studeat, uti infra fufius dicitur.

Qu. 4. *Quid circa Christum in terris conversantem observare debeat?* Resp. pariter tria, nimirum ut studeat, ut pro viribus imitari, in conversatione privata, prædicatione publica, & curatione charitativa corporum & animorum, quod quidem omnia, quomodo cum magno fructu & perfectione procurare possit, & debeat, infra, cum de actionibus ad Parochianos exercendis ageretur, pluribus explicabitur.

MEMBRUM II.

De Cultu SS. Cæli Reginae.

Qu. 1. *Quibus potissimum Officiis hunc hyperdulia cultus prestare debeat Pastor?* Resp. tribus illis, quæ nonnullis sequentibus Versibus indicavit.

Constans Veneratio
Propter meritorum Excellentiam.
Crebra Invocatio
Propter Patrocinij potentiam.

Qu. 2. *Quomodo venerationis officium implere debeat?* R. sequentibus præcipuè modis. 1. *Cogitatione*; quod faciet, si certò sibi persuadeat id, quod olim Suarez to. 3. de Incar. fusè docuit, & ideo ipsa B. Virgo gratias illi agi voluit, quòd scilicet in primo Conceptionis instanti omnes Sanctos collectivè sumptos in donis supernaturalibus gratiæ, aliarumque virtutum longè superàrit, & harum postea singulis momentis per novos meritorios actus duplicatum incrementum acceperit, ut verè de illa S. Anselmus de Concept. Virg. dixerit: *Nihil tibi, O Domina, aequale est, nihil comparabile; omne enim, quod est, aut supra te est, aut infra te. supra te solus DEVS est; infra te omne, quod DEVS non est.* 2. *Verbo*, ita ut non modò ipsemet privatim eam laudibus condignis frequenter celebret, & præconia illius suavissimè commemoret, sed alios etiam, tum in publicis Concionibus, tum privatis colloquiis, ad similia laudis, amoris, & venerationis officia ei præstanda efficaciter incitare conetur. 3. *Opere*, id est, ut & variis signis exterioribus, puta inclinationibus & genuflexionibus, castigationibus corporis, misericordiæ operibus ipsius amore susceptis, & quod vel maximè ipsi in votis est, omnibus suis actionibus quotidianis ad ipsius honorem post DEI gloriam, per bonam intentionem specialiter ordinatis, internam suam de illius excellentia conceptam æstimationem contestetur.

Qu. 3. *Quomodo invocationis implere debeat Officium?* R. sequentibus actibus. 1. Magnam in ipsius Patrocinio fiduciam collocando, ita ut certò sibi persuadeat, eam præ omnibus aliis Sanctis & posse, & velle succurrere, quæ duo Officia, uti propria sunt Advocati, ita meritò sufficiunt ad magnam in eo, ubi reperiuntur, fiduciam collocandam, id, quod præclare iterum S. Bernardus ostendit his verbis: *Nihil sic potest vel pietatis eius, vel potestatis commendare magnitudinem, nisi fortè aut non creditur DEI Filius honorare Matrem, aut dubitare quis possit, in affectum charitatis transisse MARIÆ viscera, in quibus novem mensibus ipsa, quæ ex DEO est, charitas corporaliter requievit.* 2. In omnibus necessitatibus cum filiali affectu ad eam recurrendo, juxta consilium
ejusdem

eiusdem Sancti : *In periculis , in dubiis respice stellam ,* *MARIAM , non recedat à corde , non recedat ab ora .* Cuius quàm efficax sit hæc invocatio , testatus est idem sanctus dum dixit : *Ille solus sileat Laudes tuas , O B. Virgo , qui te deliter invocatum senserit unquam in necessitatibus suis fuisse ; & quid mirum , si invocata adest , qua etiam non vocata præsto est .* 3. Etiam illas preces , & opera , quæ DEO offeruntur , per illius manus offerendo : ut iterum monet , similes fructum oblationis hujus ostendit S. Bernardus Sermonibus aquæ duct. dicens : *Modicum illud , quod offerre desideras , preciosissimis illis , & omni acceptione dignissimis MARIE manibus offerendum tradere cura , si non vis sustinere repulsam .*

Qu. 4. *Quomodo imitationis officium præstandum ?* Resp. sequentibus actibus . 1. Certò credendo , hanc imitationem esse gratissimum B. Virgini obsequium præcedentibus alijs , & absque hoc reliqua omnia parùm ab illa estimatum iri , uti bene advertit S. Hieronymus his verbis : *Imitatur , dilectissimi , amate MARIAM , quam colitis ; non quod quam amatus ; quia tunc verè colitis , & amatis , si non imitatis velitis ex corde , quam amatis .* 2. Pariter credendo , hanc imitationem potissimum in quotidianis operibus ad voluntatem DEI conformandis consistere , ut bene notavit S. Bernardus dixit : *Virginis est cultus gratissimus optima vita .* Hinc pro Patrocinio præstando rogata non aliud peti debet quàm , quæcunque dixerit vobis , servate , & facite . Omnem hujus Imitationis fructum & profectum DEO gratanter adscribendo , usurpandòque frequenter , illud solent illius Canticum Luc. 2. *Magnificat anima mea Dominum quoniam fecit mihi magna , qui potens est , & sanctum nomen eius .*

Qu. 5. *Quare hunc triplicem cultum præcipuo studio exequere debeat Pastor ?* Resp. ob triplicem causam . 1. *Propriè commune officium ;* cum enim officium Pastoris requiratur , & ipse Parochianos suos assiduò cum S. Paulo parturiant , nec formetur Christus in illis , meritò eam ut Magistra spiritualis parturitionis eligere , & venerari debet . 2. *Propriè necessarium auxilium ;* cum enim ex una parte ob vocatam præcellentiam copiosa illi gratia necessaria sit , ex altera parte notum sit ex comuni SS. Patrum sensu , eam in multis

Ecclesie corpore collo comparari, per quod omnia Beneficia à Christo velut capite in reliqua membra distribui, & deri vari debent, facile apparet, si ulli homini, Pastori necessarium esse crebrum ad hanc SS. Patronam recursum. 3. *Propter opus solatium*: si enim visa est olim hæc Virgo benignissima socios S. Bernardi in agro laborantes invisere, recreare, & sudorem à vultibus abstergere, vasculoque chrystallino colligere, ut eundem Filio suo offerret, præmiùmque pro illo expeteret; quidni magis hanc gratiam & solatium speret Pastor in spiritali messe Animarum Christo Filio ejus lucrandarum piè occupatus, si in cultu illius & amore constans permanserit.

MEMBRUM III.

De Cultu reliquorum Calitum.

Qu. 1. *Quos potissimum Calites colere & invocare debeat Pastor?* Resp. hac in re optimè facturum, si morem Ecclesie Festa Sanctorum in varias classes dividendis secutus, in prima quidem classe ponat B. Virginem, S. Angelum Custodem proprium, Sanctum, cujus nomen gerit, SS. Petrum & Paulum, velut totius Ecclesie Catholice Principes, & si quos alios speciali titulo sibi colendos putat. In secunda classe Patronum Diocesis, Titularem sue Ecclesie, S. Josephum, S. Sebastianum pro peste, S. Barbaram pro felici morte obeunda, aliòsque, quos ob minùs principalem causam in Patronos elegit. In tertia classe, SS. Angelos Custodes & Patronos suorum Parochianorum, unà cum SS. Menstruis, qui ei per vitam obvenerunt, uti & illos etiam Sanctos, quorum anniversaria memoria illà die colitur. In quarta classe demum omnes Sanctos, utpote quos omnes in Patronos eligendos, summòque studio colendos esse, rationes nec pauca, nec leves mox referendæ persuadent.

Qu. 2. *Quare non tantum certi, sed omnes Sancti speciali cultu colendi sint?* Resp. ob tres præcipuè causas, quarum prima ex parte DEI offertur, qui ut summo amore & honore Sanctos omnes velut dilectissimos amicos prosequitur, ita summè quoque desiderat, gratùmque habet, si ijdem ab hominibus singulari studio colantur, atque adeò & ipse in illis, tanquã perfectissimis suis operibus lauderetur, & honoretur.

Hinc

Hinc S. David Psal. 150. tam sollicitè ad hunc cultum habitatus est, dicens: *Laudate Dominum in Sanctis eius.* Secunda ex parte ipsorum Sanctorum desumitur; cum enim illi omnidie noctuque in DEO summè laudando, honorando, & amando occupentur, hæc autem obsequia Pastor pluris æstimare debeat, quàm si personæ suæ propriæ fuissent exhibitæ; utique DEUM plùs multò, quàm se diligat, an non ingratus omniùm mortalium censerì posset, si tantùm amorem non cognoscere, mutuùsque officiis compensare studeret. Tertia tandem ratio ex parte ipsius Pastoris, id est, ex fructibus, quos ex tali cultu sperare potest, colligitur; cum enim quis sanctus omnia Clientis sui obsequia, ad ipsius amorem facta per revelationem DEI cognoscat, atque adeò ipsi in tutelam & protectionem assumat, & Advocati apud Deum officium pro ipso exercere soleat, an non ampliffimè cultu omnium Sanctorum fructum Pastor referet, si omnes Sanctos in suis actionibus Spectatores, in necessitatibus vocatos, in periculis Protectores habere mereatur?

Qu. 3. *Quibus officiis colere ac venerari Sanctos habere debeat?* Resp. ijs præcipuè, quæ S. Bernardus in Psal. 138. habitat. SS. Angelis (nam eadem quoad hunc cultum præcipuumque est ratio, cum & Sancti Clientibus suis fideliter assistant) exhiberi suasit. scilicet 1. *Reverentiam pro præsentibus*; ut scilicet in quovis diversorio, in quovis angulo Angelis nostris & Patronis reverentiam habeamus, neque audeamus illis præsentibus, quod homine vidente non audeamus. 2. *Fiduciam pro Custodia*; ut scilicet quoties gravissima est, ut urgere tentatio & tribulatio vehemens immineat, timeamus Custodes nostros, Ductores nostros, Adjutores nostros in opportunitatibus nostris, in tribulatione. Quid est, si sub tantis Custodibus timeamus, qui nec superari, nec seduci, minùs autem seducere possunt? Fideles sunt, prudentes sunt, potentes sunt, quid trepidamus? tantùm sequamur, & adhæreamus eis, & in protectione DEI Cæli commitemur. 3. *Devotionem pro benevolentia*; ut scilicet omnes actiones nostras post DEI & Servatoris nostri, sanctissimæ Genitricis ejus honorem, ad ipsorum quoque cultum & beneplacitum referamus, atque adeò vel ex hoc titulo cum maxima diligentia ac perfectione elaborare studeamus; hic enim

cultus & purissimus (utpote omni nævo voluntario carens) & amplissimus (utpote uniuersa vitæ totius opera complectens) & longissimus est (utpote per totam vitam sine ulla aut diurna aut nocturna interruptione durans) atque adeò & facili negotio præstari à Pastore potest , & ipsi sanctis gratissimus futurus jure meritò judicatur.

CAPUT II.

DE DOCTRINIS ERGA TERRESTRES OBSERVANDIS.

HI in tres potissimum partes dividi possunt, quorum prima Superiores non potestate duntaxat, ut Episcopos & Decanos, sed etiam dignitate, uti sunt Magnates complectitur. Altera æquales, sub quibus veniunt alij Pastores, aut Clerici, Benefactores, Inimici, Vicini, Hospites, Peregrini, qui subditi non sunt, comprehendit. Tertia tandem Parochianos seu Subditos, qui & ipsi in varias classes pro sexûs & ætatis diversitate subdividi possunt, continet; erga quos omnes, quomodo se Pastor gerere debeat, hoc capite explicare aggredior.

§. I.

Quomodo Pastor erga Superiores gerere se debeat?

MEMBRUM I.

Quid erga Ecclesiam observandum?

Qu. 1. Quid erga S. Ecclesiam observare debeat Pastor? Resp. ea, quæ sequentibus Versiculis sunt comprehensa.

Insignis honoratio

Per vitæ sanctitatem.

Filialis subjectio

Per officij fidelitatem.

Fortis propugnatio

Per doctrinæ potestatem.

Qu. 2. Quare illam tantopere honorare debeat? Resp. ob tres causas. 1. Quia est Sponsa Christi, pro qua redimenda, mun-